



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Honorivs Papa IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

A
 co, absque personarum periculo remanere, exinde cedentes malitia recesserunt. Cumque tam grauis
 excessus tamquam notorius, ad venerabilis fratris nostri L. Ostien. Episcopi, tunc in partibus illis Apo
 stolicæ sedis legati, notitiam peruenisset, idem Episcopus intellecto, quod illi per quos tunc prædicta
 ciuitas tegebatur, & commune ipsius ciuitatis, ad correctionem tam enormis, & euidentis facinoris,
 prout spectabat ad eos, procedere negligebant: Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, con
 siliam & commune ciuitatis eiusdem, per suas litteras sub certa forma citauit: ut iidem Potestas, &
 Capitaneus, vel eorum alter cum certo Ambassiatorum numero, & sufficienti syndico ciuitatis præfa
 ta, coram eodem Episcopo, certis loco & termino personaliter comparerent. Et licet dictus Capita
 neus, cum quibusdam Ambassiatoribus & syndico in præfixo termino ad ipsius legati præsentiam ac
 cessisset: quia tamen iuxta formam citationis prædictæ, nullus pro dicto communi sufficiens syndicus
 comparuit coram eo, etiam post dictum terminum diebus pluribus expectatus: Idem Episcopus præ
 fatos officiales & commune reputans contumaces, propter hoc in ipsos officiales & consiliarios ciuita
 tis eiusdem, excommunicationis, & in ciuitatem prædictam interdicti, sententias promulgauit: Post
 modum vero Ambassiatoribus, & syndicis dicti Communis, fel. recor. Martino Papæ prædecessori no
 stro humiliter supplicantibus: ut cum officialibus & commune ciuitatis ipsius, parati essent super huius
 modi contumacia eiusdem prædecessoris & Apostolicæ sedis mandato, & beneplacitis obedire: ac de
 stando iniuri, super excessibus, offensis, & iniurijs supradictis impendere sufficientem, iuratoriã, &
 fideiussoriam cautionem, præfatas excommunicationis & interdicti sententias facere relaxari: præde
 cessor ipse volens in hac parte non asperitatem rigoris, sed lenitatem ^{† lenitatem.} mansuetudinis obseruare, cautio
 nem eandem nomine Potestatis, Capitanei, & aliorum prædictorum, ab Ambassiatoribus & syndicis
 præfatis oblatam, & pro parte etiam adimpletam, admisit: ubique suis dedit litteris in mandatis, ut
 receptis à præfato communi fideiussoribus idoneis, personis scilicet singularibus de mille Marchis ar
 genti, quod super prædictis omnibus, dicti prædecessoris, & Ecclesiæ Romanæ mandatis & beneplaci
 tis parerent omnino, illis quos eiusdem excommunicationis contingebat sententia, iuxta formam Ec
 clesiæ beneficium absolutionis impenderet, si illud à te humiliter postularent: ac interdictum huius
 modi sublata difficultate, auctoritate Apostolica relaxares, iniuncto talibus, quod de iure existeret in
 iungendum: & nihilominus Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, consiliarios, & com
 mune præfatos, ex parte prædicti prædecessoris preëmptorie citare curares, ut infra vnius mensis spa
 tium post citationem tuam, per se vel per syndicos, seu Procuratores idoneos, ad hoc sufficienter instru
 ctus, coram prædecessore comparerent prædicto, super excessibus, offensis, & iniurijs huiusmodi ip
 sius prædecessoris & Apostolicæ Sedis beneplacitis parituri: ac facturi & recepturi super his, quod or
 do exigeret rationis. tuque mandatum Apostolicum fuisi super hoc, iuxta formam per prædictas lit
 teras tibi traditam executus. Et quamquam Potestas, Capitaneus, Anciani, Primicerij, consiliarij, &
 commune præfati, per syndicos infra huiusmodi terminum eis à te præfixum coram prædecessore com
 paruerint supradicto, nullus tamen in huiusmodi negotio ulterius habitus est processus. Nos igitur in
 huiusmodi negotio iuxta officij nostri debitum efficaciter procedere intendentes, fraternitati tuæ per
 Apostolica scripta mandamus, quatenus Potestatem, Capitaneum, Ancianos, Primicerios, consilia
 rios, & commune prædictæ ciuitatis, ex parte nostra per te, vel per alium, preëmptorie citare procures,
 ut infra vnius mensis spatium post citationem huiusmodi, per se vel per syndicos, seu Procuratores ido
 neos, ad hoc sufficienter instructos, nostro se conspectui representant: super excessibus, offensis, & iniu
 rijs supradictis, nostris & eiusdem sedis parituri beneplacitis & mandatis: ac facturi & recepturi super
 his, quod ordo dictauerit rationis. Diem vero citationis & formam, & quidquid inde feceris, nobis per
 tuas litteras harum seriem continentes, studeas fideliter intimare. Datum Romæ apud Sanctam Saba
 nam. Non. Maij Pontificatus nostri anno primo.

HONORIVS PAPA III.

Filij hereticorum, credentium, receptatorum, fautorum, & defensorum, qui ad Ecclesiam reuertuntur, & pro culpa commissa ad mandatum Ecclesiæ penitentiam recipiunt, quam vel ipsi perfecerunt, vel prosecutioni eius insistant, vel parati sunt dum viuunt ad recipiendam eandem, non obstante parentum peccato, si non sint de heresi suspecti, & in deuotione ac fidelitate Ecclesiæ persistunt, ad omnia secularia officia & beneficia, etiam si dignitates existant, assumi libere valent: & si litterati sint, ad omnes ordines possunt promoueri.

HONORIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilecto filio fratri Galgano de Eugubio ordinis fratrum Minorum inquisitori hereticæ prauitatis in Ducatu Spoletan. Salutem & Apostolicam benedictionem.

EXHIBITA nobis dilecti filij Archioni militis, nati quondam Philippi dicti Palmerij militis Spoletan. primo continebat, quod olim significantibus felicis recordationis Alexandro Papa prædecessori nostro inquisitoribus prauitatis hereticæ per Italiam deputatis, quod frequenter à Sede Apostolica committebatur eidem, ut tam hereticos credentes, fautores, & receptatores hereticorum, quam ipsorum filios & nepotes priuandi dignitatibus,

Edita anno Domini 1286.

Ex Archiuo cũ uentus S. Francisci de Assisio.

Göfort ad cap.
statutum. 1. &
s. de hære. l. 6.

atibus, personatibus, officijs publicis, & beneficijs Ecclesiasticis de diocesanorum, vel eis absentibus Vicariorum suorum consilio haberent liberam potestatem, & qualiter hoc deberet intelligi postulantis declarari; præfatus prædecessor eisdem Inquisitoribus per suas duxit litteras respondendum, quod de filijs, & nepotibus illorum hæreticorum credendum, & aliorum huiusmodi, qui modo tales esse probantur, intelligendum esse videbatur: Non autem illorum quos emendatos esse constaret, ac pro culpa huiusmodi ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse, quam ipsi vel iam perfecerant vel humiliter prosecutioni eius instarent, vel parati fuerant dum viuerent ad recipiendum eandem. Verum licet Inquisitor prauitatis huiusmodi, tunc in partibus illis per Sedem Apostolicam deputatus memoratum Philippum, qui sibi confessus extitit, quod cuidam hæretico reuerentiam fecerat, quædam contra fidem preferendo catholicam priuauerit bonis suis, ac idem Philippus iniunctam sibi propter hoc ab eodem Inquisitore pœnitentiam perfecit reuerenter, ac tandem sicut vere catholicus receptis Ecclesiasticis Sacramentis viam fuerit vniuersæ carnis ingressus, & ab Inquisitore præfato etiam absolutus: tamen . . . Potestas, Consilium, & Commune Spoletan. dictum Archionum eiusque filios occasione præmissorum ad officia ciuitatis Spoletan. pro sua reculant admittere voluntate. Quare prælibatus Archionus nobis humiliter supplicauit, vt nos misericorditer attendentes, quod idem Philippus sicut præmittitur tanquam verè Catholicus, & fidelis Ecclesiæ Romanæ decessit, eundem Archionum & filios eius decerneremus iuxta præmissum eiusdem prædecessoris responsum in aliquo puniri occasione huiusmodi non debere: sed eos ad omnia sæcularia officia & beneficia ecclesiastica & dignitates ac ad omnes ordines impedimento huiusmodi non obstante potius admittendos. Quia igitur de facto huiusmodi, & eius circumstantijs habere poteris notitiam plenior: nos gerentes de circumspectione tua fiduciam in Domino specialem, præsentium tibi auctoritate committimus, & mandamus, vt si diligenti Inquisitione præmissa prædicta inuenieris veritate sulciti, & tibi etiam constiterit, quod præfati Archionus, & filij non sint de hæretica prauitate suspecti, & in fidelitate, ad deuotione Ecclesiæ supradictæ persistant, super quibus omnibus tuam intendimus conscientiam onerare, auctoritate nostra denuncies, & declares, quod propter præmissa vel eorum occasione nihil eis possit obijci vel opponi, quin ad omnia sæcularia officia, & beneficia Ecclesiastica, etiam si dignitates existant, illis non obstantibus assumi liberè valeant, & hi qui litterati esse noscuntur, ad omnes ordines promoueri, prout secundum Deum, & honorem catholicæ fidei videris expedire. Quicquid autem super his inuenieris, & duxeris faciendum, nobis per tuas patentis litteras harum sententiam continentes fideliter studeas intimare.

M. de Rocca.

CLEMENS PAPA V.

Clemens Papa V. commemoratis breuiter Apostaticis, & horrendis quibusdam Templariorum militum facinoribus, iubet Inquisitoribus, hic expressis, vt Templarios in suis diocesis commorantes capi faciant, & bona eorum sequestrent, & terras seu vineas eorum colant, donec causa eorum expediat, & quidquid fecerint sibi denuntient.

Ex narratione huius recepti constat, non rectè sentire eos, qui dicunt, iniuste fuisse Templarios condemnatos. vide Prateolum lib. 18. de sectis hæreticorum, cap. 4.

Edita anno Domini 1308.

Ex Archiuo cõuentus S. Francisci de Assisio.



LEMENS Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Inquisitoribus hæreticæ prauitatis Patrimonij Beati Petri in Tuscia Marchiæ Anconitan. & Vallis Spoletan. Romanolæ, ac Massæ Trabatiæ, Salutem & Apostolicam benedictionem.

PASTORALIS præminentia folio, disponente Domino, qui cuncta disponit, licet immeriti presidentes, hoc præcipue feruenter appetimus, hoc votis ardentibus affectamus, vt circa gregis Dominici custodiam submouendo noxia, & agendo profutura, animas Deo lucrifacere, sua nobis cooperante gratia, valeamus. Sanè iam pridem à nonnullis, quorum status humilis leues faciebat actores, & quibus non erat immerito in tam grandi arduoque negotio, sed in longè minori à maioris status, & auctoritatis hominibus aures dare difficiles perplexè, ac incerto, leuique murmure merito leuitate sui primitus contemnendo, contra Templariorum ordinem & professores ipsius submurmuratum extitit, quod alienati à ventre, factique degeneres, in nonnullis à sanctæ, & catholicæ fidei institutis exorbitabant, & semitis. Sed alta meditatione pensato, quàm longo recto tempore idem ordo in conspectibus hominum, considerantium solum quæ extra hominem sunt, multæ splenduerat nobilitatis gratia & decoris; quanta fidelium deuotio diu viguerat apud eos, nulla dudum laborante infamia contra ipsos, quodque à suæ religionis exordio publicè portauerant signum crucis, corpora exponentes, & bona contra hostes fidei pro defensione terræ sanctæ Christi sanguine consecrata, huiusmodi submurmurationibus, & futuris non erant faciliter aures credulæ adhibende: Tandè perducto ad aures charissimi in Christo filij nostri Philippi Regis Francorum Illustris, q. singuli Fratres eiusdem ordinis in principio professionis eorū expressis vobis abnegant

Templariorum horrenda facinora.

Domini-